

## Primus phisicorum.

tatis: quia determinata forma requirit determinata quantitate. Itē. S. L. q. de anima ar. xix. ad quintū. ad hoc quod aliquid sit idem numero sufficit quod principia essentialia sunt eadem numero non autem requiritur quod proprietas et accidentia sunt eadem numero. Et utraque opinio probabilis est. Sed dato quod priora opinio sit haec. Nonne tamen gradis disputatorum potest admitti quod quantitas possit separari. Quidam dicunt quod ex impossibili sequitur quodlibet et ideo dicunt duo contradictionia sequentur ex illa suppositione et ita si queratur ab eis. An seclusa quantitate substantia sit diuisibilis hoc potest intelligi dupliciter vel de seclusione. i. separatione secundum rationem vel secundum intellectum. Si primum tunc dicunt quod seclusa quantitate substantia est et non est diuisibilis. scilicet contra hoc videtur esse fuga questionis mota est autem questionis principaliter ad sciendum quod est principium per se diuisibilitatis. Item phys. iiiij. physicom arguit posito quod esset aliquid spaciū et non haberet corporeum sensibile sed sonū vel colorē queritur utrum esset vacuū. Et respondet quod si natū esset recipere corporeum esset vacuū. Si non. non ergo tali posita positione quantum secundum ipsum ponit incopossibilitas scilicet accidens si ne subiecto potest queri de aliquo an sequatur naturali consequentia. Item si aliquod essentialiter includum in aliquo ponatur remoueri ab eo quod tamen non sit ratione inheretie predicati bñ potest queri an isto vel illo circumscripso insit tale predicatum vel non etiam quantum possit includat contradictionia ut puta si ab hicie circumscriptur aialitas quod tamen includit incopossibilitas et queratur utrum hoc circumscripso possit habere distingui ab aliis videtur determinate posse responderi quod sic: quod per aialitatem non conueniebat homini sic distingui sed per rationalitatem: unde dicit doctor subtilis in libro I. licet positio que statim ex intellectu suo includit contradictionia non possit admitti tamen illa quod in intellectu suo tamen circumscripso includit et non aliud nisi per consequentiā accidentale. i. materialē vel per locos extrinsecos bene videtur posse admitti. quod tali positione posita potest sustiniri regule disputationis potest enim concedi sequens quod non est essentiali et negari repugnans sequens per locum extrinsecum. Sed contra necessarium nunc est negandum sed quod bona per locum extrinsecum est necessaria ergo non est neganda. Itē omne impossibile implicat contradictionē ergo in quolibet impossibili includitur oppositū primi principij ergo non est admittendū. Et hoc multi arbitrari dicentes ex quolibet impossibili sequi quodlibet et petrus de alliaco dicit propter hoc quod dissentientes primo principio errat in fide quia ex opposito primo principio sequitur oppositū cuiuslibet articuli. Sed hoc parum valet quod tunc secundum eum omnis assentiens aliquid impossibili erraret in fide quod patet esse falsum de assentiente huic mundus non potuit esse ab eterno. Pro responsione ad articulum notandum est quod multiplices sunt partes in composito scilicet essentiales et materia et forma. Aliæ sunt partes quantitatives ut manus et pedes et iterum manus et pedes potest capi ut dicatur absolute hanc partem substantię vel alio modo ut dicatur partem substantię sic figuratam. Motandum secundum. S. L. in. iiiij. d. xvij. q. i. ar. i. q. iiij. quod duplices sunt partes integrales quedam sunt partes quantitatis que sunt quandoque unius rationis ut in totis homogeneis quandoque vero diversarum rationum multum in totis et heterogeneis quedam vero sunt partes essentiae sicut materia et forma non quantitatis: et hec semper sunt diversarum rationum et habent ordinem nature ad inuicem; et quandoque etiam ordinem

nem temporis. Item ut patet ibidem ad secundum quedam sunt partes permanentium. Aliæ sunt partes successivorum et in istis ex qualibet parte potest concludi totum ut bene sequitur hora tercia est ergo dies est non tamen totum de una parte predicitur non enim dicimus quod hora sit dies sed tamen de omnibus partibus simul acceptis aliquo modo inuenitur predicari scilicet improprie et coniunctim Ex his patet quod non omnis pars integralis est pars quantitativa et quod a secundo Thoma materia vocat pars integralis tunc sit conclusio.

Secunda seclusa quantitate substantia aliqua est diuisibilis probatur: quia seclusa quantitate ab homine adhuc materia non esset eius forma. Secundo dico quod seclusa quantitate hoc est materia per intellectum accepta sine quantitate ipsa non est diuisibilis.

Sed notandum quod duplicitate materia sine substantia separatur a quantitate secundum intellectum. Vno modo sic quod materia nullam intelligatur habere habitudinem ad quacunque quantitatem. Alio modo quod non intelligatur actu esse sub quantitate: et prius modo dico quod seclusa quantitate nulle sunt partes in quacunque substantia nec substantia est amplius in infinitum diuisibilis: quia philosophus dicit hic quod soli quantitatis conueniunt finitum et infinitum idem. v. metha. L. c. xvij. dicit quod quantum dicitur quod est diuisibile in eis que insunt quorum utrumque aut singulum unum quid est ubi dicitur a sancto Thoma quod ratio quantitatis est esse diuisibile in ea que insunt seclusa ergo eas nihil est diuisibile. Sed dices quod seclusa quantitate substantia est diuisibilis entitatis sed non quantitatis sed Contra tunc phys. diffiniret idem per seipsum quod diffiniret quantum per esse diuisibile quantitatue. Itē quicquid conuenit alicui primo et per se non potest alteri conuenire nisi per ipsum sed diuisibilitas in partes eiusdem rationis conuenit quantitati primo et per se igitur nulli conuenit seclusa quantitate maior patet. s. postea. ubi dicitur primum et per se dico cui non potest dividitur in partes discretas vel in partes continuas et quocunque detur sequitur quod sit quantum. Itē omne diuisibile est maius sua parte ergo est quantum. Itē tunc in sorte essent due diuisibilitates una scilicet per quantitatē et altera quod conuenit ei seclusa quantitate et sic una superflueret. Itē queritur quomodo distinguuntur partes sortis seclusa quantitate non per formam substantialem quia eadem est nec per accidentalem: quia nullam haberet sed dices quod partes sortis distinguenterent seipsum: quod hec est et illa est et hec non est illa et eodem modo dicunt sortem distinguere seipso a platonem: quia sortes non est plato. Sed contra se queretur quod natura humana non esset multiplicabilis: quia secundum se inesset ei oppositum ut patet secundum hanc opinionem. Item tunc individua essent primo diuersa et sic in nullo conuenirent patet quod non per seipsum primum distinguuntur. Item sortes et plato alio conueniunt et alio differunt ergo non se toto distinguunt. Item hic lapis distinguuntur ab illo non autem ex natura lapidis quia alias quod non esset hic lapis non esset lapis ergo est aliquid preter naturam lapidis quo unus ab alio distinguuntur. Item operari realiter prius inest individuo quam speciei ergo aliquid est in eo quod non est in specie.

Motandum prout preterea quod quidam dixerunt quod seclusa quantitate totum haberet partes sed non distinctas secundum situum per se aut ex predictis quod nullum haberet partes eiusdem rationis unde. S. L. dicit. i. q. i. ar. iij. quod materia non